

Federico II di Svevia

*Arenga 391*

Basilicata University Press

—

*Digital Humanities*

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Federico II di Svevia

*Arenga 391*

5 Giugno (1224)

Deo propitio, per quem vivimus

Deo propitio, per quem vivimus et regnamus, cui omnes actus nostros offerimus, cui omne bonum, quod agimus, imputamus, in regnum nostrum desideramus multos prudentes et providos fieri per scientiarum haustum et seminarium doctrinarum. Qui facti disertis per studium et observationem iuris iusti deo serviant, cui serviunt omnia, et nobis placeant per cultum iustitiae, cuius preceptis precipimus omnibus obedire.